



Scientia Sanctorum

Collecta Ex Meditationibus Ludovici De Ponte, Joannis Busaei, Joan. Suffren, Juliani Hayneufve, Et Antonii Gaudier, &c. E Societate Jesu, In Dominicis, Festa & ferias totius Anni digesta. Cum Indicibus duobus. I. In singulos dies. II. Ad Exercitia Spiritualia

Puente, Luis de la

Dilingæ, 1685

22. De magorum profectone.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60561](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60561)

tentationes vincuntur, dæmones profligantur,
pericula avertuntur: est Lux, & Dux, atque ad
omnes virtutes stimulus.

MEDITATIO XXII.

Magorum profectio Hierosolymam.

PUNCTUM PRIMUM.

Apparitio stellæ. Voluit Deus, sicut in Iudæa
pastoribus, ita etiam Gentibus manifestare
ortum Salvatoris, atque ad adorandum vocare,
siquidem omnium erat Salvator, tum Iudæo-
rum, tum gentilium, illis autem per Angelum,
his per novam stellam significavit, juxta vatici-
nium Balaam. Multi etiam alii eandem stellam
viderunt, & quem indicaret, conjecerunt: sed
hi tantum Magi ad inquirendum permoti sunt.
Sic plerique commodis temporalibus intenti,
posthabent lucem divinæ inspirationis, aiuntque
illud: *Leo est in via, occidendus sum*, prætexen-
tes excusationes; sed *qui timet pruina, irruet
super eum nix*: & isti pro temporali incommodo
incurrunt æternum. Singulare beneficium Ma-
gis collatum, ut præ tot aliis efficacius move-
rentur, ut omnibus postpositis, quærerent Chri-
stum: quale Abrahæ: *Egredere de terra tua.*
Optem ita vocari: & si vocatus sum, mundum-
que reliqui, ut Christum invenirem, gratias
agam. Nam alioqui, *Multi sunt vocati, pauci
verò electi*, ita ut obtemperant.

PUN-

Num.

24. 17.

Soli tres

Reges

sequun-

tur.

Prov. 2.

13.

c. 26. 13.

Amos. 5.

19.

Job. 6. 16.

Gen. 12.

2.

Mat. 20.

16.

PUNCTUM. II.

Profectio Magorum. Dant se viæ: & ecce
 vident stellam præire ducem, ut olim He-
 bræos antecedeat columna nubis per diem,
 ignis per noctem: nempe aggredientibus magno
 animo servitium Dei, adest gratia singularis ad
 prosequendum cœpta. Sequuntur stellæ du-
 ctum in neutram partem declinando; & cum il-
 la vel quiescendo, vel movendo: ita ego ductum
 rectæ rationis, supernaturale item lumen, & il-
 lustrationes à Deo immixtas, & denique Supe-
 riorum, & spiritualis Patris directionem sequar,
 quasi totidem stellas, vel unam potius ex pluri-
 bus coagmentatam. Appropinquantibus illis
 Hierosolymam, subducitur aspectibus eorum
 stella ad fidei, constantiæque probationem: ac
 licet tristati fuerint, non tamen à cœpto desti-
 terunt. Ita nos, cum subtrahitur consolatio,
 non resiliemus. Converterunt autem se ad me-
 dia ordinaria, quærendo ex aliis: sicut sponsa:
Num, quem diligit anima mea, vidistis? Ad-
 eundi Prælati, & qui nos juvare queunt.

1. Stella ducit.

2. Sequuntur.

3. Se abdit.

Cant. 3.

3.

PUNCTUM III.

Interrogant audacter de Rege nato. 1. Elucet
 fides eximia. Non quærun, an sit natus: sed
 de loco tantum, quasi de re nihil dubitent. 2.
 Magnitudo animi: non verentur, in regia civi-
 tate, & aula ipsa alium Regem Iudæorum quæ-
 rere, quàm qui præsidebat. Qua tanta illorum
 con-

1. Fides.

2.

Magnanimitas, Turbatio.

con-

confidentia turbatur Herodes, ipsi verò minime. Cum Herode turbatur civitas, quæ potius gaudere debebat, cum ex Messia expectatione, verique sui Regis tota penderet: sed fit, ut potentioribus consentiatur, etiam in malo.

PUNCTUM IV.

Herodes
locum
designat

Herodes inquit ex sacerdotibus. Elucet
mira providentia Dei. 1. Quòd iniquum
faciat cooperari suo consilio. Diligentiam enim
Herodis patet locus nativitatis. 2. Quia per
Mala. 1. malos ministros & sacerdotes aperit sensum
7. scripturarum piis. *Labia enim sacerdotum custo-
diunt scientiam.* 3. Quòd scriptura sit lumen ad
Ioan. 5. 30. inveniendum Christum, quæ cum habetur, non
est opus aliâ stellâ *Scrutamini scripturas, illa
sunt, quæ testimonium perhibent de me.* 4. Iudi-
cium Dei, quòd Genriles è longinquo cum la-
bore veniunt adoratum. Iudæi autem, quibus
promissus, & inter quos erat, non se loco mo-
vent, scilicet: *Nemo potest venire ad me, nisi Pa-
ter meus traxerit eum.*

Ioan. 6. 44.

MEDITATIO XXIII.

Inventio & adoratio Regis nati.

PUNCTUM PRIMUM.

Desere
aulas.

Prosequuntur Magi iter, & iterum vident
stellam. Cum primum de loco nativitatis
indiciam acceperunt, relicto aulae strepitu, per-
gunt. Non nisi ex necessitate, inter tales morari
oportet